



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. L. De Allegatione & allegatis. Allegare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XLIX.

De Agnitione & agnitionis. vide infra de approbatione.

Axioma I.

Qui de jure sibi delato deponit, hoc ipso agnoscere id videtur, l. 6. C. de jure delib. Ant. Fab. in C. de dedit. libert. def. 7. num. 7. quo semel facto nullus in majore poenitentia locus relinquitur. l. 4. de rep. vel abstinent. nisi obvalde probabilem causam, quahis describitur in l. 55. de acq. vel omittend. hered.

II.

Quod quis semel agnovit non potest iterum in dubium revocare, l. 4. C. de non num. per. Mant. de tac. & ambig. convent. lib. 18. tit. 2. n. 12.

Agonizantes vide infra lib. II. axiom. 12.

CAP. L.

De Allegatione & allegatis. Allegare.

Axioma I.

In allegationibus non temere procedendum, sed diligenter locus, qui citatur, est perpendendus, non autem facile alii credendum. Notabilis hinc Ciceronis locus in petit. Consul. ubi nervos atque artus esse sapientie dicit, non temere credere, quod etiam usurpavit Cuiac. in l. 45. de jure fisci. ubi. In legendis scriptoribus nervos & artus sapientie esse monet, nulli temere credere usurpanti auctoritatem alterius, sed adeundum semper eum cujus auctoritas citatur, libros enim plenos esse falsis allegationibus, quod imprimis de pragmaticorum scriptis in Consult. 23. asserit, ubi vix unquam accidit, inquit, ut qui illi scriptis Dd. prodita affirmabunt, ego in medium prolatis eorum libris presentibus convicerim, aut non esse aliterve esse prodita. Unde Tib. Dec. in Apol. pro jurispr. contra Alciatum cap. 22. n. 136. ait Consulentem seu Advocatum, qui auctoritates eorum quorum scripta non passim reperiuntur aut obvia sunt allegat, suspectum se reddere, quasi studiosè videatur adduxisse eos auctores, qui passim legi non possunt: ne scilicet argui queat de mendacio vel cognosci an locus ille, quem citat, conveniat casui de quo agitur. Quare cum sit semper caput & librum allegabit, quibus veteres citare placet. Exemplo Imp. Justin. in Novell. 2. c. 3.

II.

In omnibus allegationibus maximè ea quæ inutilia videntur vitanda, & utilia brevissime adduci debent. Hinc est, quod veteres leges sub poena falsi Justinian. allegare in judicio prohibuit in Const. Summa de Just. Cod. confirm. §. 3. Ne scilicet dum antiqua pro novis citarentur ex falsis & abrogatis constitutionibus imperitus vel litigiis nimium districtus iudex judicaret, secus si explicationis causa cum novis conferuntur. l. 26. 27. de legibus, ut scilicet ex hac collectione appareat, quid sit correctum, & quantum adhuc stare debeat, & historia melius cognoscatur, quatenus vetera jura nemo inutilia nisi ignarus dixerit. §. 1. l. de testament. In his omnibus tamen maximè brevitati studendum, & de pluribus legibus de exemplis unicam allegare legem omnino sufficit. Br. in l. 13. §. 10. per illum text. de excus. tut. add. Recess. Imper. de d. An. 1654. §. 10. in dermahlinger. 90. quæ res adeo movit nostros Interpretes, ut novos allegare scriptores soleant, qui jam veteres adduxere Tiraquell. in l. si unquam §. C. de reor. don. in prefat. n. 130. eleganter Carpz. 3. cons. 5. n. 26. & seqq. recte, modo allegantes diligenter prospiciant, ut semper aliquid de suo addant, memores illius quod Mascard. lib. 1. de probat. quest. 6. num. 18. ibid. cit. refert, nulla illum laude dignum qui Dd. illustres sententias transcribit solum, nihil de suo addens.

III.

Doctori nihil in suam sententiam alleganti, nihil vel parum fidei habendum, quamvis magna sit auctoritatis. Bl. in l. Resp. 4. C. quib. ex causis maj. Hyppol. de Marsil. consil. 136. Limm. 6. de jur. publ. c. 1. num. 45. vide infravocem Erubescere.

IV.

Allegatio causæ omnibus iis in causis requiritur, quæ non pendent à voluntate nuda facientis, sed quibus causam subesse necesse est, velut sunt omnia negotia in quibus causæ cognitione opus est. l. 17. §. ult. l. 43. §. ult. & l. seqq. de procurat. l. pater 4. vers. nisi si causa de testam. tutel. Ant. Fab. in Cod. suo Quand. mul. tut. off. num. 2. nec allegari tantum, sed & probari debet. Carpzov. 1. jurispr. for. 17. def. 39. per tot. & def. seq. nisi nisi pars ipsa confiteatur debitum, vel jam præsumptivè causa sit probata, vid. Carpz. lib. 1. consil. 17. def. 39. & 40.

V.

Allegans impossibile non auditur. l. confessionibus 13. de interrog. in jur. fac. l. inde Neratius 23. §. fin. ad L. Aquil. & ibid. gloss.

VI.

Frustratoria allegans non auditur. l. fin. C. Quand. prov. non est necess.

VII.

Contraria allegans non auditur. *l. 1. C. de furt. ubi gl. l. Titia 100. de C. & D.*

Excipe nisi adversarius unum ex contrariis voluerit acceptare. *Bald. in l. cum precum 9. C. de lib. causa.*

VIII.

Propriam turpitudinem allegans non auditur, *vid. de hoc axioma loc. de Turpitudine.*

IX.

Auctores sunt allegandi & suis citandi nominibus. *l. 2. §. 10. 20. l. 3. §. 10. 20. C. de V. I. & eleganter & apprimè ad scopum nostrum Henricus Cornelius Agrippa ad Johan. Fab. Stapulensem lib. 2. Epist. 30. Ex elegantissimo tuo libello de Tribus & uno, longo ornatisimoque sermone notato, decerptas propositiones meo more brevissimas redegei: non quod ex laboribus tuis laudem mihi venarer.*

X.

ALLEGATIO partis non facit jus, *cap. dilectus 34. de preben. gloss. magna. vers. die tertio, in l. 1. C. quando non petent. partes. gloss. verb. non post multum, in c. 2. de his que fiunt à Prælati. Palat. in repet. rubr. de donation. inter virum & uxorem. §. 17. num. 22. & 23. Roman. consil. 191. Venerabilis. n. 4. Felin. in cap. 1. n. 18. de constit. Genzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. n. 107.*

XI.

ALLEGARE nihil, & allegatum non probare, paria sunt, (*vid. infra de probat. axiom. 23.*) Roland. à Valle *consil. 35. n. 10. & n. 20. lib. 1. Card. Tusch. prætic. conclus. 117. num. 19.* Id enim quod quis allegare tenetur, debet probare, *Osafch. Pedem. decis. 50. n. 12. in fin. Baldus in q. de schism. n. 2. post. tit. de edicto D. Adri. tollend. sufficit tamen aliquando probatio præsumtiva.*

CAP. LI.

De Alieno meo & tuo
v. infra de altero.

Axioma. I.

Alienum negotium ratione habitatione sit meum. *l. 6. §. Item quæritur. 9. de Negot. gest.*

II.

Non concedunt Impp. aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem usurpare. *l. 7. de vi priv. l. extat. 13. quod metus*

causa. Ratio, quia singulis permittendum non est, quod per magistratum publice potest fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. l. 176. de R. I.

Excipe nisi speciali pacto ita convenierit per clausulam fortè executivam mit oder ohne Recht *l. 3. C. de pign. & hyp. ubi Richard. & l. pen. C. de pig. act.*

III.

Alienis negotiis impudenter quis se ingerit. *l. ult. C. de apparit. Procons. & Leg. lib. 12. imò eo ipso suspectus redditur. l. 25. de procurat. v. infr. Ingestio.*

IV.

Suo potius, quam alieno nomine quilibet gessisse censetur, *l. 4. de solut. Bart. in l. Imperator 70. §. si centum 1. ff. de leg. 2.*

V.

Alieno odio nemo debet prægavari. *l. si quis suo 33. legis. 1. C. de inoff. test. auth. multo magis. C. de SS. Eccles. E. g. Delictum unius heredis non nocet aliis. l. ult. de SC. Silan.*

VI.

Alienis in rebus nemo quidquam contra domini voluntatem facere vel pacisci potest. *l. fin. C. de pacti.*

VII.

Aliena libido neminem polluit. *c. ita ne aliquem 3. causa 32. q. 5.*

VIII.

Alieno facto jus alterius non mutatur. Fundamentum in *l. in cause cognit. 27. de procurat. l. 1. de al. jud. mut causa. adeo ut nec à iudice tolli possit. l. sepe 63. ff. de re jud. nec interpretando lædi d. l. in cause cognitione. 27. de procuratoribus.*

Excipe nisi jus alienum faciamus melius: id enim permittum est. *l. solvendo 39. ff. de N. G.*

IX.

Aliena conscientia à nemine potest cognosci. *l. 2. C. Quand. sciscus vel priv.*

X.

Aliena concupiscere nemo debet. *l. si concupiscerit 4. C. Fin. reg.*

XI.

Aliena appetens à suis cadere redditibus meretur. *l. ult. C. de Locat.*

CAP. LI.

De Alienatione, & rebus alienabilibus.

Axioma I.

Omnis alienatio rei, quæ sua natura non est alienabilis, inutilis est.

Ad